

ac sustentare valeam, nisi opem apud doctos et pientissimos quosque quæritem^{b)}. In quorum numero T. M. esse cum mihi persuasum habeam, non dubitavi etiam eandem pro auxilio impartiendo convenire ac implorare. Quare, virorum optime, nunc T. Benignitatem meæ ærumnosæ^{b)} conditionis^{d)}, maxime etiam ob amorem bonarum litterarum earundemque studiosorum, misereatur eique pro christiana pietate succurrere velit, suppliciter obsecro. Hoc deus, bonorum omnium largitor, T. M. retribuet (dubio procul^{e)}) uberrime, qui eandem semper incolumem unice sibi velit esse commendatam.

T. Magnificentiae

promptissimus clientulus
Ioannes Valentinus Deyge.

Adresse fehlt.

a) „t“ für „c“. — b) In der Stammsilbe „e“ für „æ“. — c) „cæteraque“. — d) „conditionis“. — e) „procul“.

l) Von *Johann Valentin Deyge* ist nur dieser eine Brief in der Sammlung vorhanden. Wie aus der Anrede zu schliessen, fällt er in die Rectoratszeit Vadians.

XI 18.

24.

? an Vadian.

St. Gallen. (1516 October bis 1517 April?)

Zwei Reden von Eck, die Vadian ihm geschickt hat, um sie Hermann Miles mitzuteilen, sind von den Conventualen des Klosters zu Handen genommen worden.

Erhaltung der Freundschaft durch Briefwechsel.

Orationes Eckcii theologi (ut ipse scribis) acutissimi duas, anno superiori Friburge (!) contra priscam et ethnicam^{a)} philosophiam habitas, accepi acceptasque domino Hermanno Militi inprimis, (uti tuo significaras chirographo^{b)}) perlustrandas dedissem, ni cœnobii^{c)} divi Galli conventuales me a commissi^{d)} negotii^{e)} offitio interceptissent, qui eas recreandi animi seu novarum potius rerum percipiendarum gratia publico discumbentium cœnobio^{c)} inter epulas et pocula legi statuerunt easque hucusque iure (ut aiunt) uti postliminio non permiserunt atque eas ita inter arcta cœnobii^{c)} recondunt penetralia, ut eas non mutuo, verum dono acceptas existimare posses. Ceterum amicitiam^{e)}, qua in humanis nihil est laudabilius, nihil commodius^{d)}, nihil denique ad beate sancteque vivendum efficacius, ita observa, ita corrobora, ut nulla pruina, nulla grando, nullum gelu, nullæ^{f)} aliæ aeris inpetuosi tempestates labefactare^{g)} atque contundere queant^{h)}. Nec te decipiat sera admodum atque pigra ac iners litterarum

vicissitudo, quominus, quum tibi per publicas (quibus quotidie conficeris) occupationes liceat, lineam saltem, immo^{l)} litteram (!) scribas, ne veterem pluribusque iam annis coalitam^{k)} inter nos amicitiam^{e)} litterarum omissione intercipere atque interrumpere videaris; quod identidem me esse facturum bona fide polliceor. Nam tantis hactenus non solitis^{l)} modo, verum subcivis atque extraordinariis fui præpeditis laboribus, ut reficiendi ingenii tempus opportunum^{m)} vix mihi superfuerit. Tuam tamen nihilominus ad crebram litterarum vicissitudinem provocationem eatenus suscipiam, quatenus litteris ad me per tabellarium perlatis significasti, nec unquam tabellarium nactus opportunum^{m)} intermittam, quin ei dem litteras ad amicissimos quosque et præcipue Vadianum; quo neglectum hactenus in scribendi laborem et litterarum in amicos mutua rescriptione^{e)} officium resarciam et ingenium reddam acutius, memoriam confirmem et prius lecta recorder firmius. Vale.

Candidissimi ingenii necnon spectatę fidei viro magistro
Ioachimo Vadiano, Viennensis academiiⁿ⁾
moderatori atque poetę a Cæsare laureato doctissimo.

a) „ethnicam“ mit durchstrichenem „h“. — b) „cyrographo“. — c) „cœnobii, -io“. — d) „comissi“, „comodius“. — e) „c“ für „t“. — f) Durchgehends „e“ für „æ“. — g) „labefactari“. — h) „queat“. — i) „immo“. — k) „coalitam“. — l) „solitis“. — m) „oportunus“. — n) „Viennensis academie“.

Die Adresse des Briefs scheint ihn doch mit Sicherheit in die Zeit des Rectorats — October 1516 bis April 1517 — zu verweisen; jedenfalls könnte er wegen des Titels eines „poeta laureatus“ nicht vor März 1514 fallen, so dass „anno superiori“ im Eingang unter allen Umständen nur als Bezeichnung einer längern Vergangenheit zu verstehen ist; denn die zwei dort erwähnten Reden des Johannes Eck sind schon im Jahre 1509 in Freiburg i. Br. gehalten worden. Der Brief ist ohne Frage aus St. Gallen geschrieben. Weitere Anhaltspunkte zur Bestimmung des Schreibers bietet leider weder der vorstehende, noch ein zweiter, von ihm vorhandener Brief (s. unten n. 43).

25.

XI 255.

Johann Krachenberger¹⁾ an Vadian.

(1516/17?)

Vergebliche Erwartung eines Besuchs von Vadian. Bitte um Rücksendung seiner Gedichte mit Anmerkungen. Zusendung von 10 Kreuzern, welche Vadian für die Ilias ausgegeben.

Domine Vadiane, frater charissime, expectavi adventum tuum in dies. Occupatus autem maioribus non venisti, ut me tuę Musę in tanta corporis imbecillitate exhilarassent^{a)} et ad animum revocassent. Rogo, mittas carmina mea cum zedula annotationum tuarum. Mitto tibi 10 cr(uciatos), quos pro Iliade exposuisti. Collimicium nostrum tanquam